Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD CORIN

Ex parte enim cognoscimus et ex
te prophetamus. Cum autem venit
quod perfectum est. euacuabitur quod
ex parte est. Cum essem parvulus lo
quebar ut parvulus sapiebam ut p
rvulus cogitabam ut parvulus. Qm
autem factus sum euacuatum q̃ erant
parvuli. Videmus enim nunc per spe
culum in enigmate tunc autem facie
ad faciem. Nunc cognosco ex parte
tunc autem cognoscam sicut et ego co
gnitus sum. Nunc autem manent fi
des spes caritas hec tria. Maior autem
horum est caritas. XIII

Sectamini caritatem emu
lamini spiritalia magis autem
ut prophetetis. Qui enim lo
quitur lingua non hominibus loquitur
sed deo. Nemo enim audit. spiritus au
loquitur mysteria. Nam qui phe
tat hominibus loquitur ad edifi
cationem et exhortationem et consola
tionem. Qui loquitur lingua se
met ipsum edificat. Qui autem phe
tat ecclesiam edificat. Volo autem omnes
vos loqui linguis. magis autem pro
phetare. Nam maior est qui phe
tat quam qui loquitur linguis. nisi
forte interpretetur. ut ecclesia edificatio
nem accipiat. Nunc autem fratres
si venero ad vos linguis loquens
quid vobis prodero. nisi vobis lo
quar. aut in revelatione. aut in scie
ntia. aut in prophetia. aut in doc
trina. Tamen que sine anima sunt
vocem dantia. sive tybia. sive cy
thara. nisi distinctionem sonitum
dederint. quomodo scietur id quod
cantatur. aut quod cytharizatur.
Et enim si incertam vocem dat tuba
quis parabit se ad bellum. Ita et vos
per linguam. nisi manifestum sermo
dederitis. quomodo scietur id quod di
citur. Eritis enim in aera loquentes
tam multa. ut puta genera linguarum
sunt in hoc mundo et nihil sine voce
est. Si ergo nescero virtutem vo
cis. ero ei cui loquor barbarus. et
his qui loquitur mihi barbarus.
sic et vos. quoniam emulatores estis
spiritum. querite ut habundetis ad e
dificationem ecclie. Et ideo qui loqui
tur lingua oret ut interpretetur. Na
si orem lingua spiritus meus orat
mens autem mea sine fructu est. Qd
ergo est. Oratio spiritu. oratio et mẽ
te. Psallam spiritu. psallam et mẽ
te. Ceterum si benedixeris spiritu.
quis supplet locum idiote. Qo
dicat amen super tuam benedictionem
quoniam quid dicat nescit. Nam
tu quidem bene agis gratias. sed alt
non edificatur. Gratias ago deo meo
quoniam omnium vestrum lingua loqor.
sed in ecclesia magis volo quinque verba
meo sensu loqui ut et alios instruam
quam decem milia verborum in lin
gua. fratres. nolite parvuli effici
sensibus. sed malicia parvuli estote.
sensibus autem perfecti estote. In lege
enim scriptum est. Quoniam in alis
linguis et alis labris loquor populo
huic. sed nec sic exaudient me di
cit dominus. Itaque linguae in signum
sunt. non fidelibus sed infidelibus
prophetie autem non infidelibus sed fidelibus